



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

12. Junij. Pridie Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

444 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 68. in Cant.

Dulcis post laborem subit, post laborem quies, post nau-
quies. Opportunè post tristitiam gaudium
fragium portus. Placet cunctis secu-
ritas, sed ei magis, qui timuit: ju-
cunda omnibus lux, sed evadenti de
potestate tenebrarum jucundior.

GREGORIANA

12. Junij. Pridie Idus.

Circa B. OPTO, Converse Hemmenroden.
annum 1200. sis: quem morum integritas, ac aliq
virtutes, maximè humilitatis studium,
ad sanctitatis famam in hac vita, & in
altera ad promissa humilibus præmia
evexere. Cæcitas est sanè dolenda, quod
Humilitas. tam splendide promissa præmia tam levi
labore (quid enim facilius, quam de se, id
est, de cæno & nihilo, sentire humilius?)
nobis comparare gravemur.

Vixit B. G U I D O, monache Clarævallis:
circa qui ex Germaniæ partibus Parisios, stu-
annum 1195. diorum gratiâ profecturus, suadente
itineris duce, ad Claramvallem diver-
tisti. At ille tum loci sanctitate, tum
gravitate monasticæ disciplinæ, in a-
morem sacri Ordinis repente accensus,
etiam

etiam te ad societatem pij consilij invitavit. Cui tu haud leviter indignatus, in sequentis diei aurora ad destinatas Lutetias te properaturum, dixisti: ipse interim videat, ne inconsulti fervoris impetus, longæ pœnitentiæ materia fiat, & vulgi fabula. Verum aliter sentire ea te nox docuit. Non dum enim soporem plenum palpebræ *Formi-* admiserant, cùm tu inexperto ante-*dabili* hac somni impetu raptus, visus tibi es *visione* in profundissimum puteum esse dela-*voca-* psus: nec ullam emergendi spem afflatur *ad* sis; donec Divus Joannes Evangelista, cucullam Cisterciensem indutus, auxiliari manu porrecta, te in libertatem eduxerit: ea tamen conditione, ut sacram religionis vestem, quâ ipsum modò videres ornatum, mox in Clavalle susciperes. Cui divinæ vocati-*SS. Tri-* oni cùm velociter ac streuuè respon-*nitatē* disses; èo perfectionis progressus es, ut præter plura alia cœlestium arcano-*videt.* rum spectacula, ipsum inscrutabile *Trinitatis mysterium intueri merue-* ris: tantâ luminis tum claritate, tum subtilitate, ut sëpe fassus fueris, inter omnia Dei elogia, quæ Fides docet, illud jam tibi certissimū, quòd verè sit Ineffabilis. *Eundem ineffabilis misericordia Deum pro me ora,* ut sicut mihi per

T 7 · Omnipoten-

446 ANNI CISTERCIENS.

Omnipotentiam suam ubique est præsentissimus, ita in anima mea efficaciter operari dignetur persuam gratiam ea omnibus, quibus novit, me illi posse placere.

S. BERNARDUS, ser. 69. in Cant.

DEUS
gratiæ
super-
addere
solet.

Tanta est Verbi dignatio, tanta bene-
gratiæ volentia Patris Verbi, ad bene affer-
ctam, & bene compositam animam
(quod quidem ipsum Patris munus,
& Verbi opus est) ut quam sua tali
benedictione prævenerint, & præpa-
raverint sibi; sua quoque dignentur
præsentia.

CAELESTIA

13. Junij. Idibus.

Floruit
anno
1149.

B. NICOLAE: qui ex Morimundo
in Poloniam missus, celebre mo-
nasterium Andræoviense condidisti:
Filiam suæ Matri tam similem, ut vul-
gò alter Morimundus audiret. Et licet
temporum iniquitas insignia virtutum
tuarum opera posteritati subtraxerit;
quia tamen fide digna scriptorum mo-
numenta te sanctitatistitulo exornant,
non video, cur non te orem, ut doceas
me verè mori mundo, ne moriar infelix.

B. GE-